Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



21

formis in illa prodiuersitate meritorũ: gloria est
singulis; Quod uero descripta prius una coro
na subiungitur: & sup illã alterã coronã aureo
lam: de illorũ potest praemio recte intelligi:
qui generalia scripturae sacae mandata spontanea
uitae pfectionis electione transcendunt; Ideoq;
specialẽ praecipis fidelib; retributionem uo
luntariae oblationis exspectant; Coronaq; aurea
quattuor digitis alta labio mensae aureo adponitur:
cũ p euangeliũ his qui mandata diuina legis
custodiunt: uita aeterna pmittitur; dicente dno
ad diuitẽ; si uis ad uitã ingredi: serua mandata:
ñ homicidiũ facies: ñ adulterabis: ñ facies
furtũ: ñ falsũ testimoniũ dices: honora patrẽ
& matrẽ: & diliges proximũ tuũ sicut teipsum;
sed eidẽ coronę alterae corona aureola supponitur:
cũ prius adiungitur; si uis p fectus esse uade
uende quae habes: & da pauperibus: & habebis
thesaurũ in caelo: & ueni sequere me;
Ad hanc coronã pertinet canticũ illud nouũ: q; enim
uirgines tantũ corã agno cantasse referuntur:
qui empti sunt ex hominib; primitiae dõ & agno;
Ad hanc q; idem secuntur agnũ quocumq; abierit;
uel certe corona aurea labio mensae dni adponitur: